



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disciplina & Institvtio Studiosæ Iuuentutis Tum Pietati &
Eruditioni tum formandis moribus seruiens**

Coloniae, 1648

Monitoria in communibus congressibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55193](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55193)

vincere. Et si quilibet locum suum
propter tuerit.

Huc gratiam conciliat quibusdam
nioris questus spes.

Iges ludorum haꝝ sunt, ne quis in-
ter ludendum nativa aut verna-
tala lingua loquatur, sed vel ea
quaꝝ familiaris minus est: inde fieri
v& ludendo discatur.

Longe utilissimū fuerit statuta mer-
cede certatim ex autoribus ali-
quid recitare.

Id fieri curabit diligens præceptor.

Monitoria in communib[us] con-
gressibus.

Quoties alloquitur te quispiam, cui
debes honorem, compone te in
reddum corporis statum.

Aperi caput.

Vultus sit nec tristis, nec toruus, nec
impudens, nec proteruus, nec in-
stabilis, sed hilari modestia tempe-
ritus: oculi verecundi, semper in-
tentii in eum cui loqueris, iuncti
pedes, quietæ manus.

B a

Nec

Nec vacilles alternis tibij, nec
gesticulosa manus.
Nec mordeto labra.
Nec scalpito caput.
Nec fodito aures.
Vestis item ad decorum compone-
tur.

Totus cultus, vultus gestus, & habi-
tus corporis ingenuam modeliam
& verecundam indolem praese-
rat.

Nec vagetur animus interim, sed si i san-
attentus quid ille dicat.

Si quid erit respondendum id facili-
paucis, & pudenter subinde praefi-
tus honorem: nonnūquam & ad
dito cognomento honoris gratia.
Atque identidem modice stet al-
terum genu, præsertim ubi respon-
sum absoluens.

Nec abeas nisi præfatus veniam, aut
ab ipso dimissus.

De vitando prauorum consortio.
Adiuuat & profectum bona educa-
tionis, prauorum consortia vita-
sc.

Studioſa Iuuentutis. 29

De his sic admonet Salomon , Fili
mi si te lactauerint peccatores,
ne acquiescas eis.

Ne delecteris in semitis impiorum.

Nec tibi placeat malorum via.

Et Psalmista, Cum sancto sanctus eris
cum innocentem innocens , cum
peruerso peruerteris.

Et Paalus, Corrumput bonos mo-
res colloquia praus.

Et modicum fermetur totam mas-
sam corrumpit.

*De bonorum Societate am-
bienda.*

Nollibilibentius verseris , quam in
conspicere magistrorum.

Doctiores & modestiores condisci-
pulos humanitatem tibi & obsequio
deuincito

Nam hoc opnium maxime condu-
cit ad eruditionem , si quis cum
studiosi & eruditis assiduum & do-
mesticam consuetudinem agere
possit.